

tum Præcedentiæ ex historiis probe illustravit. Speciatim quorundam saltim Regum Præcedentiam alii examinarunt. De controuersia ista, quæ inter Hispaniæ, Galliæ atque Angliæ Reges de præcedentia intercedit, prodiit IACOBI HOWEL *Dissertatio de Præcedentia Regum Gallie, Hispaniæ & Angliæ, Londini 1665. 8* in qua tractatu quid in historiis de hac materia reperiat, adducit, & primas Anglo potissimum concedit. Plures sunt, qui Gallorum partes defendere in se susceperunt. Inter hos FRANCISCUS PITHOEVS scripsit *Traité de la grandeur, droits & Préeminences & Prerogatives des Rois & de Royaume de France, 1594. 8*. NICOLAUS VIGNIER edidit *Raisons & causes de préseance entre le France & l' Espagne, proposées par Augustin Grauato, Romain pour l' Espagne, avec les Reponses à chacune d' icelles, à Paris 1609, 8*. HIERONYMI BIGNONII extat *Tractatus de l' excellence des Rois & de Royaume de France, traittant de leur préseance & prerogatiue par dessus les autres, a Paris 1610. 8*. Totus autem in prærogatiua Galliæ regibus definienda fuit ANTONIVS AVBERIVS qui *de præeinentia Regum Gallie supra Imperatorem & Regem Hispaniæ* scripsit, gallice, *Parisii 1680. 4*. cui tamen in suo de Præcedentia tractatu respondit Crusius. Alios copiose recensuit *le Long Bibliothéque Historique de France L. III. Cap. V. p. 567. seq.*